

## **Commentariorum ac disputationum, in tertiam partem divi Thomae tomi quinque**

Priorum vigintisex Quaestionum eius Partis expositionem complectens

**Suárez, Francisco**  
**[Köln], 1617**

Sectio tertia. Vtrum humanitas Christi præcisa à verbo posset adorari, &  
qua adoratione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93775](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-93775)

excellentiam: & ideo non oportere, ut illi respondeat singularis adoratio, sed ut ipsam adoratio proportionata tali gratia cum alia superiori adoratione coniuncta sit, & ab illa possit imperari. Secundo, & magis ad rem dicitur, si gratia creata Christi consideretur quatenus per coniunctionem ad gratiam vniuersitatis infinitam quandam dignitatem habet, hac ratione illi respondere singulari adorationem ad latram spectantem, prout in secunda conclusione tractatum est, quia talis adoratio non fundatur solum in gratia creata, sed in gratia vniuersitatis. Sicut opera Christi, quamvis secundum se habent bonitatem eiusdem rationis cum nostris, spectata tamen ut specialiter sanctificata per vniuersum, singulari, & excellentiorem honorem merentur.

Et hinc obiter intelligitur, quia adoratio debetur Christo homini titulo Redemptoris. VVicieff enim dixit, hoc solo titulo deberi Christo adoracioni latris, etiam si non esset Deus, quia nos redi- mendo emit nos, sibi seruos fecit. Quodimprobat VValdens. lib. i. doctrinal. Fid. antiq. c. 24. & merito, si de perfecta & absoluta latris loquatur, quia (ut bene Scot. in 3 d. 9. notauit) Christus non est Redemptor ut prima causa simpliciter, sed solum ut prima in genere meriti, & satisfactionis, quia solum est prima secundum quid, & alteri superiori cause subordinata: at vero perfecta latris solum debetur prima causa simpliciter. Denique dignitas Redemptoris, prout conuenit Christo ut homini, inferior est dignitas Dei secundum se, non potest ergo esse ratio aequalis adoracionis.

Dubium.

Cuius ergo adoratio causa erit? neq; enim negare possumus hunc titulum sufficientem esse alii cuius adoratio causa, est enim sic dubio magna excellentia Redemptoris, & singularia virtutis opera, ac specialis beneficia hominibus facta includit, propter quae omnia aliquis singularis honor Christo debetur. Respondeatur ita quidem esse, & adoracionem hanc, licet perfecta latris non sit, ad illam tamen latram reuocari, quia propter gratiam vniuersis debita est, quia tota Redemptoris dignitas ex illo principio manavit. Vnde siquidem adoratio seu modus debetur aliqui propter sanctissimam creatam, & propter virtutis opera ab illa procedentia: ita eadem adoratio debetur Christo, ut hominum ratione vniuersis, & ratione perfectae redemtionis ex rigore justitiae. Quocircus si Christus fuisset purus homo, & imperfectus nos redemisset, non debetur illi ea adoratio, quia titulus redemtionis nunc debita est, sed alia inferioris ordinis, quia dignitatem gratiae creatae, & efficacitatem eius non transcederet.

Vna vero superest difficultas, quia Concilia definiunt, Christum vna tantum adoratio esse adorandum, nos autem cum D. Tho. plures modos adorandi Christum possibiles possumus. Respondeatur primum, Concilia non docere, Christum quaevis ratione spectatum vna tantum specie cultus adorabilem esse, quia potius quinta Synodus, collat. 8. canon. 9. sicut definit vnam Christi adoracionem ratione vniuersi personae, ita negat ratione naturae, quia hoc est confundere naturas. Quando ergo tradunt vnam adoracionem Christi, solum docent, in Christo non ita esse dividendas adoraciones, ut vna ad Christum, alia ad Verbum pertinere putetur, hoc enim ad errorem Nestorij pertinet: & ideo recte dicunt vna, & eadem adoracione adorari, quoniam, quia adoracione adoratur Verbum, adoratur Christus, & e conuerso, quia est vnum & idem, & ideo omnis adoratio ad vnum & eundem pertinet, & ideo vna est: quod alij verbis D. Tho. dixit: Adoracionem Christi esse vnam ex parte rei adoratae, licet possit esse multiplex ex rationibus adorandi. Ex quo fit, heut quando adoratur Christus adoracione latris, coadoratur humana natura propter diuinam, ita si adoretur ado-

ratione hyperduliz, coadorari diuinam naturam, licet ratio adorandi sit humana, seu dignitas eius. Nihil enim obstat, quo minus id quod excellentius est, si solum concomitante, & propter coniunctionem cum inferiori natura adoratur, inferiori aliqua adoratio soli possit, quia ratio adorandi inferior est, & adoratio cum illa ratione in qua nuntiatur, commensuratur. Sicut inter homines, si idem sit Imperator, & Dux, si tantum ut Dux, ducali honore adoratur, quodammodo simili coadoratur materialiter imperatoria dignitas, inferiori adoracione.

Secundo dicitur, quāmuis hec adorations Christi ex rationibus adorandi speculatiue recte distinguantur: practice tamen, ac moraliter semper esse Christum perfectissima adoracione latris colendum, quia vnuquisque simpliciter adorari debet perfectissimo honore ratione sua suprema excellentia sibi debito, sicut Rex semper tractatur regio honore, non Dux, aut Comitis. Observauit autem hoc loco Caiet, praesertim id obseruandum esse in publica, & communis Ecclesie adoracione, nam in inferiori, & priuata, quia solum inter hominem & Christum intercedit, si quis recte sciat distinguere rationes adorandi, poterit interdum vniuersa ex dictis adoracionibus suo arbitrio, & devotione: homines enim externa vident, & de exterioribus iudicant, Christus autem Dominus intuetur eorum intentio nem cognoscit.

Sed quārē tandem aliquis cum Christus sit per. Dubium.

recte vnu, ex dupli constans natura, cur non intelligamus vnam esse illius excellentiam, ex vnaq; natura resstantem, atq; hoc modo vnam tantum esse adoracionem illi adoratae, tam ex parte personae, quam ex parte naturae. Respondetur rationem Responso. esse facile ex his, quae D. Tho. tradit, quia licet persona sit id quod adoratur, ratio tamen adorandi est natura, seu excellentia eius, in Christo autem ex duabus naturis non sit vna, & ideo nequē in illo est vna beatitudine, neque vna tantum gratia, vel sapientia: & propter eandem causam non est in Christo vna tantum excellentia, vel ratio adorandi. Nequē enim fieri potest, ut ex multis illis rationibus vna componatur, quae sit veluti fundamentum vniuersitatis, & composita adoracionis, quia vnaquaque earum est completa, & integrata in suo genere, & diuersi ordinis ab alia, & qualibet per se sumpta reddit totum adorabile, specie adoracionis sibi accommodata: & ideo quot sunt rationes adorandi, tot debentur adoraciones. Sicut et contrario personae diuinae, sicut distincte sunt vna tamen adoracione sunt adorabiles, quia excellentia simpliciter, & ratio adoracionis vna est in omnibus illis, ut recte hic dixit D. Tho. & 2. 2. q. 8. art. 3. ad 1. & in 3. distinct. 9. art. 1. quæst. 3. ad primum.

## S E C T I O N I I I .

Vrum Humanum est præcisa à Verbo possit adorari, & qua adoracione.

D

Uplex potest esse sensus huius questionis: prior sensus est de humanitate, quia re ipsa vnitate est Verbo, & perseverante vniione, an feliciter, non obstante declaratione, possit sub aliqua consideratione adorari adoracione, videlicet ad ipsam solam, ut à Verbo præcisam terminata. Alter sensus est hypotheticus, si hæc humanitas, quia nunc est vnitate Verbo, separaretur ab illo, an esset adorabilis. Alia vero questione etiam ex hypothesi, feliciter, si ante aexit, set quam esset vnitate, an esset adorabilis, non habet locum, quia tunc pro ea tempore, quo non fuisset vnitate, eadem ratio esset de illa, quæ de alijs puris hominibus. Quæstio ergo proposita præcipue intelligitur in priori sensu; breuiter tamen expediemus illam etiam in posteriori, ad finem questionis.

Prima

Prima op*nio*  
Fundam*entum*

Prima itaque sententia docet, humanitatem vnitam Verbo, vel nullo modo, vel non decenter, posse coli sine Verbo. Quæ sententia, & ferè eius fundamentum in hunc modum explicari potest. Nam vel hæc humanitas adoranda est propter deificationem quam habet ex unione, vel propter sanctificationem, quam habet ex gratia & donis creatis. Prior modo rectè quidem adorabitur, sed non adorabitur præcisæ Verbo, nec nisi adorato Verbo, atque adeo eadem adoratione qua ipsum Verbum adorabile est: quia humanitas deificatur & sanctificatur hoc modo per ipsum Verbum, seu diuinitatem fibi unitam, ut supra quæst. 7. visum est: ita ut ipsa deitas sit velut in causa formalis talis sanctificationis: ergo, si humanitas adoratur propter hunc effectum quasi formalem, ad illum terminatur adoratio: ergo & ad formam ipsam, quæ est deitas? Non modo enim potest actus terminari ad effectum formalem, quin terminetur ad formam? Igitur sub hac ratione non potest humanitas adorari, nisi adorata diuinitate. Si vero consideretur humanitas, ut sanctificata per gratiam creatam, possit quidem hoc titulum solo adorari, si esset separata a Verbo, tamen, postquam coniuncta est, non potest illo solo ac præcisæ titulo decenter adorari, vel quia, cum non sit suppositum, non est adorabilis, quia adoratio per se est ad rem, prout à parte rei existit, & ita tendit ad suppositum. Vel certè quia, quando res est adorabilis superiori titulo & ob maiorem excellentiam, non decet, illam priuare excellentiori adoratione, & soli in inferiori illam venerari. Cum ergo humanitas Christi, prout nunc existit, habeat excellentiorem sanctificationem, quam sit illa creata, & ob illa sit digna altiori adoratione, non decet eam colere in inferiori adoratione, & ob isolam excellentiem purè creata. Sicut iniuriam faceret Regi, qui præmisso regali titulo & honore, eum ut Ducem seu Comitem tractaret, eo quod simul Rex, & Dux, ac Comes exsultat.

Bonavent.  
Ricard.  
Quis pro*se*  
antiquos  
autores af  
ferant pri  
me opinio  
nepatroni.

Referuntur pro hac sententia ex Scholasticis Bonavent. in 3. distin*t*. 9. art*c*. 1. quæst. 1. Albert. art*c*. 9. Ricard. art*c*. 2. quæst. 1. & Maior quæst. 1. ad 4. cont. 4. concl. Sed hi autores solum possunt pro hac opinione referri, quia non satis ex pressæ docente contraria, dum disputant de adoratione humanitatis Christi. Nam Bonaventura distinguens variis modos considerationis, & adorationis humanitatis Christi, vnum esse ait, quo consideratur ut pars secundum se, & non ut unita. Et hoc modo ait, non debet illi adoratione latrīx, sed dulic: inferiori vero dicit, Quia caro Christi nunquam est separata a Verbo, ideo semper considerandam esse ut coniunctam, semper per se adorandam latrīx, licet humanitatis per se considerare non debatur nisi unita. Non tamen negat posse se considerari, nec dicit esse per se vel intrinsecè malum sic considerari, & adorari, Albertus autem distinguunt similiter plures modos, inquitque. Tertio consideratur vane, secundum solum intellectum denudata à deitate, & sic adoranda est hyperdulia, vbi quod ait, vane, non significat indecenter, aut omnino otiosè id fieri: alioquin non dicere, sic consideraram esse adorandam hyperduliam, neq*u* quod hoc approbaret opinionem id afferente, quod statim facit intelligere ergo videtur id quod præcisæ, & non plenè, prout in re est. Ricardus vero & Maior, nihil ad rem præsentem dicunt, & potius faverent possunt contraria sententia, ut in a ostendam. Citantur præterea pro hac sententia Clichtonius lib. 2. de Euch. c. 10. n*o*. 5. & 6. Cather. opus*de adorat. imag. col. 4.* V Valden. tom. 3. cap. 119. ad finem. Claud. de Sanctis rep*et*. 9. de Euch. cap. 3. Sed hi autores, si attentè legantur, non disputant de puncto quæstionis speculativi, quem nunc tractamus, sed declarant adorationem humanitatis, quæ, moraliter loquendo, & præctice est in vnu, aliquæ et;

Albertus  
Magnus.

Clichton.  
V Valden.

A iam interdum attingunt, in quibus fauerit contraria sententia, ut mox videbimus. Denique (quod caput est) afferuntur pro hac sententia plura Conclu*tiones* & Sanctorum Patrum testimonia, quæ infra commodius proponemus, ut verum eorum sensum aperiamus.

Contra sententia est frequentior inter Scholasticos: omnes enim, qui distin*t*unt in propriis ter*ritoriis*, qui minus hanc quæstionem attigerunt de adoratione humanitatis Christi præcisæ, & in abstracto conceperunt, definiunt posse adorari, quamvis non perfecta latrīx. Ita sentit D. Thom. hic art. 2. præterim in folio 4. lib. 4. c. 3. Caro ipsius suæ quidem naturæ, si subtiliter cogitatione id, quod in oculis incurrit, ab eo, quod animo tantum actione intelligitur, distinxerit, hanc quoquā adoranda est, vi posse conditæ, adit D. Thom. sententia adorationis latrīx: & subiungit, Et tunc sic intellecta, ut se parate a Dei Verbo, deberetur sibi adoratio dulcis, vniuersaliter, sed cuiusdam excellentiori, quam hyperduliam vocant. Atque ita tenent etiam Caietanus, & alij mo<sup>re</sup> Caietanus, eterni expo*si*to*res* D. Tho. & Palud. in 3. d. 9. q. 2. vbi Palud. etiam idem sentit Scotus q. 1. s. Quantum ad istum articulum. Et clarius in solut. ad i. Durand. q. 3. Almain. q. 1. concil. 4. latius & expressius quam ceteri Gabr. q. 1. art. 2. & super can. lect. 5. Cordob. lib. 1. q. 6. Picus Mirand. p. 11. in Apol. q. 3. Canisius libr. 5. de B. Virgine cap. 15. & rati<sup>on</sup> hæc sententia vera mihi videatur. Cantus

Vt igitur hæc opinio declaretur, & probetur, suppono, tine vlo errore vel deceptione in fide, & line illa iniuria, vel morali malitia, posse Christi humanitatem cogitatione pre*se* in di persona Verbi, id quod aperte sentit Damasc. cit. loco, & omnes Scholasticæ supponunt; & constat ex illo Antiphonitis, *Alibi adhuc* *titum non est mandatum, abstraktione feliciter praecipua*. *Vnde, quamvis erraret in fide, qui ita videret humanitatem Christi sine Verbo, v*er* etiam diuidet, negando illam esse vnitam Verbo, ramenque illam præcisæ concepit, nimirum, de illa tanquam de quædam natura cogitans, & de Verbo tunc non cōdit, neq*u* etiam concipie*s* in illa aliquam personam, nihil cogitat fassum aut concipit, quamvis non plenè & adequare rem concipi*s*, sic igitur nulla est falsitas, vel deceptione in hac præcisione. Quod vero neque illa malitia in eo actu sit, per se nonum videretur, quia sic cogitare de Christi humanitate, vel anima non est contra fidem, ut dixi, neq*u* est contra charitatem, vel reserentia Christo debiram, quia non semper temerum ex charitate, vel religione de illo cogitare: ergo licet in interdum considerare humanitatem eius secundum ea, quæ illi præ*se* conuenient, Cui enim in hoc sit iniuria? Non Verbo, quia vidi, non tenemur semper de illo cogitare. Non humanitati ipsi, quia non quidem verè cōcipit secundum ea, quæ illi conuenient, & ad eum pertinet, & excellentiem pertinet, quamvis non consideratur secundum omnia, neq*u* foras secundum supremam excellentiam eius, quia neq*u* ad hoc est semper tenemur; sicut cogitantes de Deo, non male facimus præ*se* in dñi rationem formalem suam, maiorem dicit perfectionem.*

Hic addo, neq*u* esse impossible, neq*u* per se malum, si præcisæ adorare humanitatem Christi sic præcisæ cōceptam possit, & cogitaram. Prior pars de possibili, per se nota vi. falso, ac de ex ipso v*er*itati, nam certè doctores, qui hanc adoratio*nem* docuerunt, eam exper*s* sunt, sicut metu*ta* faciunt, & exper*iri*, neq*u* melius exiliu cognoscunt posse, quam excedendo ipsam. Tunc præterea, quia dum intellectus sic concipi*s* humanitatem, concipi*s* illam ut habentem animam rationalem, & potest etiam concipi*s*, ut habentem gratiam, & ut videntem Deum,

Déum, ut postea dicam: ergo concipit illam, ut rem veneratione dignam, atque adeo ut sufficiens obiectum aliquius adoracionis. Supposito autem obiecto, ex parte hominis nō dicitur facultas adorandi, ut per se notum est: ergo possibilis hæc adoratio.

**Prima obiectio solvitur**  
Dicunt aliqui humanitatem sic conceptam, non concipi ve existentem, nam existit existentia Verbi, & in illa sic præcisæ concepta non clauditur existentia Verbi: ergo ut sic non est adorabilis: quia non est adorabilis, nisi res existens. Respondeatur in primis falsum esse assumptum, ut pater ex suprà dictis q. 17. Deinde, etiam qui sentiunt, humanitatem existere sola existentia Verbi, negabunt fortasse existentiam esse intrinsecè necessariam in obiecto adorabili, dicentes sufficere existentiam actualē & excellentem. Vel etiam dicere poterunt, concipi humanitatem ut existentem, præsintendo à particulari existentia qua existit. Dicet vñterius aliquis ex D. Tho, hic solum suppositum esse adorabile, quia adoratio per se tendit in rem subsistentem, sed humanitas ut sic concepta non est subsistens: ergo ut sic non est adorabilis. Respondeatur, assumptionem intelligendæ esse de adoracione omnino absoluta & completa: hæc enim propriæ ac per se primo terminatur ad suppositum. At vero aliquia adoratio, vel respectuua, vel incompleta ut sic dicam, potest terminari ad naturam vel ad partem, si illa præcisè concipiatur sub aliquia dignitatis ratione: nam tunc etiam, quod ad modum cōspondi apprehenditur per modum totius & quasi per se stantis, non quod in ipso obiecto apprehendatur per se existentia: est enim falsa apprehensio: sed quod in modo solitari apprehendatur ad modum rei per se stantis hoc ergo satis est, ut tale obiectum sit adorabile, si alioqui sufficiens habeat excellentiam & dignitatem.

Iam vero, supposita huius actus possibilite, quod per se malus non sit, ac proinde sit possibilis, nō tantum factio, sed etiam iure probatur, quia talis adoratio, neq; illi prohibita ture postiua diuino, a humano, nec iure naturali: ergo non est mala. Antecedens quod primam partem probatur primo, quia nullib; est scripta talis prohibito: neq; etiam traditione constat: & quidem de diuino iure res est manifesta. De Ecclesiastico vero dubitare quis posset, vel propter Concilia supra citata, quæ dicunt Christum hominem vna adoratione, qua Verbum, esse adorandum, quæ est perfecta laetitia; vel propter vñam Ecclesiæ, quæ non consuevit ita adorare Christi humanitatem, sed Christum Deum hominem vñca adoratione. Veruntamen ex his nulla prohibito colligi potest, nā, ut statim latius dicam, Concilia nunquam locuta sunt de humanitate Christi, ut abstractè & præcisè cōcepta, sed de Christo homine: & adhuc de illo nullum ius possitum statuunt, sed tantum declarant doctrinam fidei, scilicet, quænam adoratio Christi ex mysterio in carnationis esse queratur. Ex vñ autem Ecclesiæ, vein simili Catech. hic notauit, ad summum, colligi potest, publico ritu adoracionem dirigendam esse ad Christum Deum hominem, quādo scilicet ipsa interior intentio, vel factis aut verbis sufficiēter exterius & publicè manifestatur: de priuato autem modo adorandi, nihil peculiare Ecclesia statuit, neq; solo vñ aut consuetudine introduci poterit, quia hic vñus potest esse varius & multiplex: quia, cum si priuatus, non constat ceteris, quid vñus quisq; secrete faciat. Igitur ex positiva lege sublata pensandum hoc est, supposito lumine, & principiis fidei. At ex his nulla potest colligi intrinseca malitia in tali actu; cuius sufficiēs argumētum est, quod doctissimi Theologi, pīj, ac sancti illā non inuenierunt. Deinde inquirō, quānam sit hæc deformitas, aut contra quam virtutem sit. Maxime enim ex cogitari potest contra religionē seu obseruantiam, nam de ceteris virtutibus nulla potest esse suspicio: sed non est contra religionem, quia neq; ex

Fr. Suarez Tom. I.

A parte obiecti: ostensum est enim habere sufficientē excellentiam, ob quam sit dignum aliqua adoratio. Neq; ex parte subiecti adorantis, ut per se cōstat, quia est homo, qui in finis titulis debet Christo, & humanitati eius, omnem reverentiam consentaneā dignitati ipsius. Neq; etiā ex modo, quia in hoc potest homo obseruare conuenientem mensuram, & adorandi rationē iuxta ea, quæ statim dicemus: ergo ex nullo capite potest reperiri aliqua deformitas.

Et declaratur præterea, quia, si in eo actu est malitia contra religionem, vel est per excessum: & hoc non est necessarium, ut per se cōstat, quia potest homo nō plus adorare illam humanitatem, quam patit. Vel est per defectum. Et hic potest intelligi, aut respectu Verbi, aut respectu ipsius in humanitatis. Neutro autem respectu interuenit necessario defectus priuatus, ut sic dicam, sed tantum negatius, qui nullam infert malitiam: ergo. Declaratur minor, nam respectu Verbi solum potest defectus in hoc constitui, quod per illam adorationem non per se primo adoratur. At vero hæc negatio non semper est contra aliquod affirmatum præceptū, quia absolute non semper tenetur homo, Verbum aut Christum adorare. Neque etiam ex suppositione, quod velit humanitatem eius adorare: hæc enim obligatio neq; ex intrinseca rei natura nascitur, neq; ostendit potest præceptum unde oriatur. Echac ratione dixi, hunc defectum esse negatum, non priuatum, quia non est contra debitum, vel obligationem exercendi maiorem, vel perfectiorem adorationem. Eademq; ratio est respectu humanitatis: non enim potest in ordine ad illam committi defectus, nisi quia nō perfectissimo modo adoratur. hoc autem non est per se malum, quia non semper vrgit obligatio exercendi perfectissimam adorationem: unde licet minus perfecta tribuatur, dummodo nō sit indecens, neq; aliena ab aliqua excellentia in obiecto adorato inuenta, non erit priuatus defectus, sed mere negatus.

**Humanitati Christi à Verbo præcise concepsa, præstudio suis defectus bonos, quam prætermittuntur.**  
Vnde vñterius ostendit potest, hunc modum adorandi humanitatem Christi, nō solum non est malum vel prohibitum, sed etiam esse melius sic adorare, quam omnino adorationem prætermittere, supposita præcisa confideratione, & cogitatione humanitatis vel animæ Christi, quam suprà ostendimus esse possibilem, & non malum, neque indecentem. Itaque si quis actu cogitet de Christo, & absoluta dignitate personæ eius, non est cur, adorando, statu in humanitate eius, neque conuenienter ita adoraret, immo vix potest, si recte sentiat de vnitate personæ Christi in vtraque natura: dum tamen abstracte & præcisa considerat humanitatem Christi, & dignitatem eius, durante hac sola cognitione, nō potest personam ipsam in se & per se adorare, quia non potest adoratio referri in obiectum nō cogitatum: refertur enim per affectum, & affectus nō tendit in incognitum. Igitur, stante illa confideratione, vel omnino ab adoracione cōsiderandum est, vel adoratio ad humanitatem, prout præcisa cogitatur, referenda est: melius autem est hoc modo adorare, quam omnino non adorare: quod videtur per se manifestum. Primo ex ratione facta, quia ille actus ex obiecto est bonus, & nullam habet malā circumstantiam. Secundo, quia per illum actum aliquis honor tribuitur Christi humanitati, & nullus maior auferre, quamvis actu nō tribuatur: aliud est enim auferre, quod denotat denegationem maioris adorationis; aliud vero est actu non tribuere, quod solum præcisionem, seu parentiam exercitij significat: & ideo illud esse malum, hoc autem non semper. Denique ipso vñu constat, dum quis præcisa confidat animam Christi, ut beatissimam, & frequentem Deo longè excellentiō modo, quam omnes creature, statim in corde suo venerari illam, seque illi libenter submittere. & hoc per se cōciliat maiorem

Vu deuo-

deuotionem, & religionem, quam si illa cogitatio A in sola consideratione ficit sine vno cultu. Et declarari etiam potest à simili, nam, stante illa consideratione potest homo amare illam animam vel humanitatem, & ceteris paribus melius faciet amando, quam si in sola auida cogitatione ficit, quamvis illo amore per se ac formaliter non amet Verbum, sed humanitatem vel animam propter bonitatem quā in ea considerat. Idem ergo erit, proportione seruata de adoratione.

*Adoratio humanitatis Christi præcisæ ex hibita, in forior la tria summa.*

Tertio ex his manifeste concluditur, adorationē hanc terminatam ad humanitatem sic conceptam, nō posse esse supremam ac perfectissimam latriam. Ita docent omnes scholastici suprā citati, & est sententia Damasceni lib. 4. de fide cap. 3. exponente hic D. Tho. art. 2. ad 1. & idem sumitur ex alijs Patribus, qui passim assertunt humanitatem non adorari latrīa perfecta, nisi quatenus coadoratur Verbo una eademque adoratione qua colitur Verbum, quia illi substantialiter coniuncta est, ut videre licet apud Augustin. serm. 58. de verbis Domini, & Athanas. orat. 5. cont. Arian. & aliis, quos Claudio de Sainct. suprā congerit. Et ratio est, quia humanitas præcisæ concepta nō est Deus, nec diuina natura: ergo, cum talis adoratio in ipsa vt sic concepta ficit non potest esse suprema latrīa, quæ soli Deo tribuenda est: & hoc magis ex sequentibus constabit.

*Qualis sit huiusmodi adoratio. D. Tho. Gabr. Corduba.*

Superestenim declarandum, qualis sit hæc adoratio, si perfecta latrīa non est, nam D. Tho. dicta solutione ad primum, dicit esse hyperduliam, alij vero præsertim Gabriel & Corduba significant esse latrīam minus perfectam. Advertendum ergo vltius est, humanitatem Christi dupliciter posse cogitari & præscindere ab abstractione illa præcūtia, quā suprā declarauimus. Primo recogitando in illa sanctitatem & beatitudinem creatam, omnino præscindendo seu non cogitando de vniōne. Secundo cogitando, & considerando in illa singularem sanctificationem & dignitatem, quam habet ex vniōne ad Verbum. Quamvis enim hæc dignitas conueniat illi ratione Verbi, nihilominus potest in illa abstractè concepta considerari tanquam excellētia quædam, & dignitas ipsius: præsertim cum ipsa vno modus creatus sit humanitatem aſſiciens, eamq; sanctificans, & in excellētia quædam dignitate cōſtituens. Omitto cōſiderationem aliam eiusdem humanitatis, qua posset amplius abstrahī, & ab utraq; excellētia grātia, tam vniōnis quā habitualis, præscindere, & in sola ſuę naturę perfectione ac dignitate considerari, nō quod hæc cogitatio & præcūtio impossibilis sit, sed quod ad nullū genus religiosi & supernaturalis cultus, de quo nunc agimus ſufficiat, fed ad ſumnum, ad illud obſeruantia genus, quo humanam naturā honorare possumus eo quod ad imaginē Dei creata fit, de quo eadem erit proportionalis ratio, quæ de quo cunctu quo genere cultus.

*Quando Christi humanitas hyperdulia adoratur.*

Quarto igitur dicendum est, si in humanitate Christi ſi ſola creata dona grātia conſiderentur: & propter illa præcūtia adoretur, talē adorationem effigientiā ter effulgiā, tamen, quia in eo genere perfectissima est, hyperduliam appellari. Hoc, vt minimum, docet D. Tho. hic, & conſentunt reliqui Theologi suprā citati. Et eft consequenter euidens ex dictis præcedente ſecto. & ex illo principio, quod talis est adoratio, qualis excellētia in qua fundatur: fed grātia & cetera dona creata ſunt eiusdem rationis in humanitate Christi & in ceteris, quamvis in illa ſint excellētiora intensiū ſeu individualiter: ergo eadem proportionem ſeruat adoratio in eis fundata. Dices, illamē dona creata anima Christi habent in ea ſpecialem dignitatem, ob quam dicuntur habere quandam infinitatem in eſſe grātia. Respondeatur, illam dignitatem vel infinitatem conuenire his donis creatis ex vniōne ad Verbum, nunc autem in hoc genere adorationis conſiderari præcūtē & ſe-

cundum ſe abſtrahendo ab vniōne, & ideo illam dignitatem non immutare ſeu variare hanc adorationem, quia non in illa dignitate vel infinitate fundatur, ſed præcūtē in excellētia & perfectione quam grātia creata, vel beatitudo Christi habent in pro- priate.

Vltimo dicendum. Si humanitas Christi abſtrahere & præcūtē concepta vt natura est, adoretur, ut latrīa adorari potest, propter dignitatem vniōnis, adorā- da est adoratione latrīa, non primaria & eximia, ſed ſecondaria & minus perfecta, quæ diuersa etiam est ab hyperdulia præcedente conclusione explicata, quamvis interdum ſoleat ea vōce appellari in eſſe ſignificatione, quia omnis adoratio minor ſuprā latrīa & major communi adoratione Sandri ſollet hyperdulia vocari. Probatur conſilio ligillam quoad ſingulās partes; & primam quidem negati- um, ſcilicet, quod, hoc titulo præcūtē conſiderato, nō debeat humanitati ſuprā latrīa, præter Gabrielem, Cordubam, & alios autores ſupra citatos ex his, qui in contrarium referuntur, clare doceat Claudio de Sainct. dicta repet. 9. de Euchariftia cap. 3. vbi inter titulos, quos ponit, adorandi carnem & animam Christi vltimus eſt, *Quia a maximam di- uinitate inuenit ſocietatem, quibus verbis vniōne hy- poſtaticam deſcribit, & ſubdit.* Propter priores cauſas Christi homini, anima, & carni eius vniōne cum filio Dei di- pendiſſatur latrīa, propter vniōne ſupponitum filii Deitatis funda- mentum, quod omnibus aſſumptis fit communis: propter vltimam vero altarum cauſam, ſi non latrīa, ſaltem hyperdulia poſtulatur; quoniam, quamvis natura humana in diuina exiſtentiā & perſona heret, non in ſuę tamen in eſſe diuīnum & naturam diuīnam, vt Deus di- catur, & colatur. Vnde facile probatur ratione hæc pars, quia, licet humanitas per vniōne affecta ſit natura Verbi Dei, non eft tamen effecta natura diuīna, neque eft tantæ maiestatis & excellentiæ, quam eft illa, quam tamen affecta vniōne ſeu ſub relatione vniōnis conſideretur: ergo adoratio debita humanitati, hoc titulo ſeu ratione grātia vniōnis, non eft ſuprā latrīa: patet conſequētia, quia adoratio proportionatur excellentiæ, in qua fundatur: fed hæc adoratio non fundatur in excellentiæ ſimpli- tur ſuprā: ergo neque ipſa eft ſuprā latrīa. Eſt conſirmatur ratione ſuprā indicata, nam filia- tionalis, quæ conuenit Christo vt homini ratione grātia vniōnis, minus excellētia eft, quam filiatione na- turalis, quæ conuenit illi vt Deo ratione æternæ ge- nerationis: ergo ſimiliter ſignificatio humanitatis per grātia vniōnis longe minor eft, quam ſanctifica- tionis per excellentiam, quæ Verbum ſeu natura diuīna per ſe habet: ergo adoratio debita humanitati, etiā ratione ſanctificationis per grātia vniōnis, longe mi- nor eft, quam adoratio diuinitatis per ſeipſam.

Rursus quod poſſit Christi humanitas hoc præ- ciso modo concepi & alia minori adoracione hoc titulo coli, & ſacto & iure, facile ostendit poſſet, appli- cando rationes factas in duabus primis afflitioni- bus, nam hæc præcūtia conſideratio humanitatis non inuoluit aliquam repugniam, maximē in noſtra cognitione abſtractua & imperfecta, quia poſſimus rem etiam indiſſimilem, conſideratione partiri, ne- dum res in eipſis diſtinctas. Vnde hoc modo poſſimus, etiam ipsam naturā diuīnam præcūtiam ad Verbo, & alijs perfonis conſiderare: ergo multo magis poſſerimus ſic abſtrahere naturā humānam, etiam ſi in ea vniōne conſideremus, quia etiam ipsa vniōne eft res à Verbo diſtincta, quamvis ad illud dicat ha- bitudinem, quod non obſtit, vt ſtatiū declarabo, neque in hac præcūtione interuenit deceptio, cum abſtrahentium non ſit mendacium. Poſta verò ha- conſideratione illius humanitatis, quod ſecondum eam merito adorari poſſit, pater diſcurſu ſuprā ſa- ēto, quia in illo obiecto eft ſuſcieſis dignitas, & nulle obſtit prohibiſſio, neque aliunde aliqua deformatio- neceſſet.

Necessario adiungitur. Et declaratur illo divinitatis Exemplo, nam diuinitas præcisæ & abstractæ concepta & adoranda est, quia in illa est sufficiens excellētia ob quam adoretur etiam si à relationibus præscindatur: ergo idem est de humanitate, proportione seruata. Intercedit enim differentia, primum in hoc quod diuinitas, quantumvis abstrahatur à personis, est per se digna suprema adoratione latræ, quia ex se, & non à relationibus habet infinitam, & supremam excellentiam: humanitas vero præcisæ considerata, quantumvis sancta & vñita apprehendatur, non habet tantam excellētiam, neq; est digna tanta adoratione: tamen, sicut aliquam excellētiam retiner, ita digna est proportionali adoratione. Deinde est alia differentia, quod diuinitas, vt summè excellens, potest non solum abstrahi à relationibus, sed etiā ab ordinis illas, & apprehendit, vt natura per se subsistens, & per se summè sancta & excellens: at vero humanitas Christi, si concipiatur, vt sanctificata per gratiam vñionis, licet possit in abstracto concipi, vt præcisæ à Verbo, non tamen potest abstrahi ab ordine seu habitudine ad Verbum, quia ipsa vñio intrinsecè includit hanc habitudinem.

Obiectio.

Sed hinc insurgit difficultas contra hanc partem, quia hæc habitudo seu relatio trancendentalis non aptitudinalis, vt sic dicam, sed actualis est, quia non est aptitudinis ac vñionis: hæc enim non sanctificat, & communis est omni humanitatib; sed est actualis vñionis: actualis autem vñio non potest ita abstrahi à termino quin illum actu includat. Et confirmatur, nam impossibile est concipere effectum formalem, non includendo formam: ergo impossibile est concipere humanitatem vt sanctam, quin in conceptu includatur forma qua sanctificatur: hæc autem forma illam sanctificans hoc generis sanctificationis est ipsa diuinitas, quæ propterè dicitur à Sanctis Patribus esse oleum seu vñctio humanitatis, vt supra vidimus quæst. 7. ergo necesse est, in humanitate concepta vt sic sancta, includi diuinitatem: & consequenter necesse etiam est, per illam adorationem, qua adoratur humanitas vt sic sancta, adorari etiam diuinitatem. Respondeatur ad priorem partem, verum esse hanc habitudinem esse actualis vñionis, quam necesse est in re esse coniunctam suo termino: & hoc modo est verum non posse in re abstrahi seu separari à termino. Verum etiam est, non posse vñionem seu formam vt vñitatem concipi, quin aliquo modo concipiatur terminus, nihilominus tamen verum etiam est, posse vñionem & formam vt vñitatem concipi tanquam rem distinctam à termino, & non includentem ipsum intrinsecè & in re, vt auctio, vt auctio, sed in oblique, & tanquam additum, sicut includitur terminus in conceptu cuiuscumque entis respectu: & hoc modo concedendum est, humanitatem Christi vt vñitam, & sanctificatam gratia vñionis, concipi quidem in abstracto, atq; ita in illo obiectu conceptu, quasi directo, non includi intrinsecè Verbum, includi tamen indirectè, & tanquam additum, quia est terminus quem respicit illa vñio. Quod ita declaratur, & confirmatur, nam conceptus humanitatis Christi, etiam vt sic sanctificata alius est à conceptu ipsiusmet Christi, quia humanitas vt sic non concipiatur vt persona, sed vt forma vñita persona, neque vt composta ex duplice natura, sed vt natura actu componentis vñnam personam cum alia natura: ergo non ita includitur in illo conceptu persona Verbi aut diuinitas, sicut includitur in conceptu Christi, vt intrinsecè componentis seu constituens illum. Quod in ceteris etiam formis & compotis videtur licet, nam in conceptu animæ vt vñitæ materiæ, aliter includitur materia, quam in conceptu humanitatis, quia aliud est anima, etiam vt vñita, quam humanitas, sicut etiā albedo vt actu inhaerens aliud est, quam album; & quamvis vt inhaerens concipiatur, adhuc in abstracto concipitur.

Fr. Suarez, Tom. II.

A & non totum concretum seu compositum: sic ergo potest concipi humanitas in abstracto, quamvis ut affecta vñione concipiatur.

Vnde ad alteram partem facile responderi potest formam intrinsecè sanctificantem humanitatem, esse vñionem, quæ ipfi adhæret, & in conceptu eius ut sic sanctificata intrinsecè includitur. Verbum autem in hoc sensu non intrinsecè sanctificare humanitatem per modum formæ intrinsecæ, sed quasi extrinsecæ, id est, tanquam terminum vñionis: & hoc satis esset ad satisfaciendum argumento: dicitur enim Verbum esse vñctio humanitatis, quia terminat vñionem eius. Potest autem vñterius in hunc modum declarari, nam hæc sanctificatio vel excellētia vñionis considerari potest, vel in ordine ad Christum, vt est hic homo Deus, & sic intrinsecè includit personam Verbi, ex qua, & ex humanitate componitur: vel considerari potest respectu humanitatis; & sic non includit Verbum intrinsecè in illa, etiam vt affecta vñione, sed respicit solum vt terminus vñionis: igitur eodem modo concurrit Verbum ad sanctificationem humanitatis tanquam extrinsecæ forma eius, vñio vero tanquam intrinsecæ. Et declaratur præterea, nā hæc sanctificatio humanitatis Christi, aut consideratur tanquam aliquid physicum abhærens humanitatem, aut solum per modum cuiusdam dignitatis moralis, quomodo etiam ipsa gratia creata animæ Christi habet ex vñione infinitatem quandam dignitatis moralis, vt q. 7. declaratum est. Priori modo sanctificatio est formaliter proxime ab vñione, quæ in ipsa humanitate concipiatur, etiam abstracta, & præcisæ à Verbo concipiatur, nūc præter vñionem aliiquid aliud reale & physicum in tali humanitate intelligitur, quod posit formaliter huiusmodi sanctificationem conferre. Posteriori autem modo admitti potest hæc sanctificationem esse à Verbo, vt à forma sanctificante; in his tamen affectibus moralibus non oportet, formam intrinsecæ includi in re vt tali dignitate seu moralitate affecta, sed satis est, quod sit velut forma extrinsecæ ex cuius contactu vel vñione, vel alio simili respectu res intelligitur manere affecta tali dignitate, vt in aliis effectibus moralibus videre licet, & in sequentibus, tractando de adoratione imaginis & reliquiarum, sèpè dicemus.

Atque ex responsione ad hanc difficultatem colliguntur ratio alterius partis in præcedente concluſione posita, scilicet, hanc adorationem, quam dicimus posse tribus humanitati præcisæ sumptu ratione vñionis quamvis supraemalatratia non sit, tamen ad eandem virtutem pertinere, & hanc ratione secundariam latratiæ posse appellari: hæc enim vox latræ, interdum significat auctum, interdum habitu à quo talis auctus procedit, nempe virtutem religionis: vnde è conuerso omnis etiam auctus à tali virtute procedens dicitur continere cultum latræ, quod sic propria adoratio, simili denominatione dicitur adoratio latræ. Simpliciter tamen loquendo, & quæ si per autonomiam auctus adorationis latræ dicitur ille, qui procedit ex apprehensione supremæ maiestatis, & excellentiæ in re quæ adoratur est, & seruitur illi debito; & est quædam protestatio seu significatio illius: & hic est frequentior vñs huius vocis apud Patres, & maximè in VII. Synod. A VII. Synod. adoratio autem minus perfecta, si aliquo modo in predicta excellentia funderetur, & ideo ab eodem habitu virtutis nascatur, ea ratione dici poterit latratiæ nō simpliciter sed secundum qd: & hoc sensu appellatur secundaria seu minus perfecta. Quod igitur huiusmodi sit hæc adoratio humanitatis Christi, patet ex difficultate proxime tractata, quia dignitas propter quam hoc modo adoratur humanitas, talis est, vt ipsam diuinam personam aliquo modo includat, saltem vt terminu vñionis, à quo sumitur præcipua æstimatio & valor tantæ dignitatis, tanquam

Vnu 2 a forz

à forma, saltem extrinseca: ergo eadem virtus religionis, quæ inclinat ad venerandam ipsam diuinam personam propter se, inclinat etiam ad veneradām Christi humanitatem, etiam præcisè conceptam, ob dignitatem quam ex unione habet, quia fundatum præcipuum illius dignitatis est ipsum Verbum: ergo hoc sensu recte dicitur illa adoratio secundaria latrīa. Quod vero ad nomen hyperduliz pertinet, nihil difficultatis habet, quæ ad rem pertineat, sed solum ad vīsum terminorum: nā si vox duliz sumatur in ea communī significatiōne, ad quam est frequentiori vīsu theologorum accommodata, scilicet ut significet eam virtutē, quia Sanctos colimus, propter eorum creatām sanctitatem, & hyperduliz solū dicit excellentiam vel perfectionem in tra latitudinem illius virtutis, sic non potest hæc adoratio, de qua nunc agimus hyperduliz vocari, quia reuera est species distincta, & ad altiorem virtutem pertinens. Quia vero latrīa absoluē dicit signifcat supremam & perfectissimam latrīam, duliz vero accommodata est ad significandam communēn quasi in firmā adoratiōnē Sanctorum, & nulla est alia simplex vox, quæ medium (ut ita dieam) adoratiōnē signifcat, eam scilicet, quæ aliquid addit supra communē duliam, & inferior ē perfecta latrīa, ideo vox, illa interdum accommodatur ad huiusmodi adoratiōnē significandam, quæcunq; illa sit: hoc ergo sensu recte potest hæc adoratio hyperduliz vocari, etiā si latrīa secundaria sit, & ad religionem spectet.

**E**xemplis Ultimo confirmō hanc partem, & fere totam dorē rotā cluētrīam hac seftione traditā, adhibitis duobus exēcidatū. Vnum est de amore, nam, si quis humanitatem Christi præcisē & abstractē consideret, modo expli- cato in superioribus, contemplando illam vīsum ut quandam naturam rationalē, sanctissimam & purissimam, & summa quadam dignitate præditam, &c. potest ad illam aſſici, tamque supernaturaliter amare, qui amor erit rectissimus, etiam si illo non amet persona Verbi, sed sola eius humanitas, quia & ipsa est reuera in se amabilis, & nullum est præceptum, quod obliget ad amandum semper Verbum, quoties illa amat. Ille autem amor, quamvis sit ex charitate, tamen non attingit illa singularem excellentiam amoris super omnia, quo Deus amādus est, qui proportionatē responderet summā latrīa, sed in- fra illum est quidam amor excedens omnem amo- rem alterius creaturæ: ergo ad eundem modū possumus per actū adoratiōnē versari circa Christi humanitatem. Secundum exemplum est de laude, nā qui eodem modo considerat illam sanctam humanitatem, potest eam laudibus extollere non directe laudando Verbum, sed exaggerando gratias illi humanitati concessas, quæ laudatio, quamvis sit supra laudem omnis alterius creaturæ, nunquam tamen attingit supremam laudationem diuinam, quæ ad latrīam Dei spectat, nunquam enim laudabimus illam humanitatem quod infinita sit, aut creatrix rerum: ergo eadem proportione de adoratiōne sen- tiendum est. Respondent aliqui, aliam esse rationē adoratiōnē, aliam laudis, nā adoratio exhibet notam submisionis attendendo ad excellentiam rei adoratae, & ideo ut digne fiat, semper debet attendi summa excellentia, siue sola, siue cum alijs simul consideretur: Iaus vero solum est prædicatio quædā dignitatis alterius, in qua non semper necesse est, summa perfectionem rei commemorare, neque omnes simul, sed in qualibet potest versari laudatio. Hæc verō differentia primum sine fundamento posita atque excogitata est, quia per se loquendo, & apud Deum, nihil est quod obliget ad adorandam rem propter summam excellentiam quam in re habet, sed propter illam, quæ actu in ea consideratur: & aliunde nec tenemur semper considerare sum- mam, neque etiam tenemur abstinere ab omni ado-

A ratione, quandocumque de supra Dei dignitate non cogitamus, sed de aliqua inferiori, Deinde quæ est ratio, cur hoc sit necessariū in adoratiōne, & nō in laudatione: Non enim ob aliam causam in laudatione id licet, nisi quia is, qui laudat rem ob inferiorē, nō negat seu excludit maiorem perfectionem, sed præscindit tantum, & vel non potest, vel non tenetur, omnia simul proferre nec semper id, quod maximum est. Quod autem laudans proferit lingua, adorans significat gestu vel actione aliqua. Ergo si militer, quamvis exhibeat signum minoris exel- lentiæ, non excludit maiorem, sed præscindit: & vel non potest, vel saltem non tenetur semper exhibere signum supremæ dignitatis. Eo vel maximē quod ipsa laudatio, si ex conuenienti affectu & intentione fiat, potest veram rationem adoratiōne habere: nā esse potest accommodatissima nota submisionis, ut quando quis diuinam excellentiam extollit, animo se illi submittendi, & quasi exhibendi tributum, quod creatura debet creatori, ergo, siue potest lau- dari humanitas Christi, ita potest ipsa laudatione adorari.

Denique, quidquid sit de illa differentia, canhil obstat vltima assertiōne proposita, nā in adoratiōne, quæ in illa explicatur, reuera adoratio Christi humanitas propter summam excellentiam quā habet, nempe propter gratiam vīonis, quanilla est alia maior in illa humanitate: nam Verbum seu diuinitas non est, proprie loquendo, excellētia huma- nitatis ipsius, sed Christi Dei hominis, à quo huma- nitas distinguitur, sicut natura componens à perso- na composita: summa ergo excellentia illius huma- nitatis est ipsa vīo, & sanctificatio seu Deficiatio, quæ non est Deitas ipsa, sed effectus eius, in qua ipsa non includitur, nisi vī causa formalis extrinseca, ut declaratum est. At vero illa adoratiōne, quam ap- pellauimus secundariam latrīam, adoratio huma- nitatis Christi propter hanc dignitatem, sicut de eadē laudari potest: ergo illa differentia non recte hic accommodatur. Vnde potest obiter notari, aliud esse adorari humanitatem propter summam eius exel- lentiā, quod in eo actu sit, aliud vero esse adorari supremo modo, vel supremo actu quo adorari po- test, quod eo actu non sit: altiori enim actu & modo colitur, quando coadoratur Verbo per supremam latrīam: quia, sicut optimum illi effici substan- tialiter coniunctam Verbo, ita summus illius honor est coadorari Verbo supraem latrīa, quæ non in sola di- gnitate humanitatis, sed in excellentia ipsius perso- nae directe & per se primo fundatur.

Sed hinc insurgunt duas obiectiōnes. Prior est, quia repugnantiæ involuitur, cum dicitur humani- tas adorari propter summam excellentiam, quam habet, & nō adorari perfecta latrīa: quia illa summa dignitas includit Verbum, saltem modo superior explicato: ergo adoratio, quæ in illa dignitate fundatur, fundatur in dignitate Verbi, & comprehen- dit Verbum ipsum: ergo est perfecta latrīa. Ex cōfir- matur, quia virtus religionis non colit nisi Deū, neq; exercet actum nisi perfecta latrīa, sed dicitur, hanc adoratiōnem elici à virtute religionis ergo. Secunda difficultas est, quia sequitur ex dictis posse nos pre- cedes fundere ad humanitatem Christi, ut præciam à Verbo, quia eadem videtur esse ratio orationis, quæ est adoratiōnē. Vnde vltius sit, tali oratione non esse honorandam humanitatem cultu latrīa, sed in- fieriori, id est, non esse petendū ubi humanitate Christi, vt nos sanctificer, vel alia dona gratia conferat, sed vt pro nobis intercedat: hoc autem alienum sit ab Ecclesiæ consuetudine.

Ad priorem difficultatem responderetur, negando assumptum, & ad probatiōnem dicitur, hanc adoratiōnem proximē fundari in vīione, & dedicatiōne humanitatis, in Verbo tamen sicut in termino vī- vionis, & tanquā in forma extrinseca deiante hu-

manitatem. Atque hoc sensu conceditur hanc adorationem comprehendere Verbum & diuinitatem, ut rationem adorandi, nego tamē inde sequi, illam adorationem esse perfectam latram, quia eadem diuinitas, quæ ut per se & essentialiter sancta, est digna summa latram, ut deificans assumptam naturam non facit illam dignam summa latram, quia nō facit illam æqualem sibi. Hac ergo ratione, quamvis hec adoratio funderetur suo modo in dignitate Verbi, nō est latram summa, quia non fundatur in illa ut intrinsecè & essentialiter dignificante Verbum, sed ut media ratione sanctificante humanitatem: qui modus sanctificationis longe inferior est à sanctificatione per effectum ipsius Verbi. Vnde, quod dicitur, hanc adorationem complecti Verbum & diuinitatem, duplíciter potest intelligi. Vno modo ut complectatur Verbum, ut rem adoratam directe & ut quod, & sic est falsum. Alio modo, ut complectatur Verbum ut rationem adorandi non intrinsecam, sed quali extrinsecam: & hoc sensu verum est. Nēquid est contra nostram sententiam, nam, cum dicimus, hanc adorationem terminari præcisè ad humanitatem, loquimur de re adorata, quæ appellari solet materia adoracionis, non vero excludimus rationem adorandi, in qua potest Verbum comprehendendi, si adoratio ut ratione unioris hypothetica.

Dices. Quomodo potest Verbum esse ratio adorandi, quin etiam sit res adorata? Respondeo, hanc difficultatem esse communem omnibus adoratio-

*Adorandi ratio nō in quouis actu directe attingitur, scit nec in habitu aliorum actibus for males rationes. Caietanus.*

ratio respectu, & quia clarius apparet in adoratione imaginis, ideo in fræ explicabitur latius. Nunc breuiter dicitur, frequens esse in actibus intellectus & voluntatis, qui versantur circa aliqua obiecta propter rationes extrinsecas, ut directe attingant obiecta materialia, ut sunt sub formalibus; quamvis ipsæ rationes formales non eodem modo attingantur. Sicut electio versatur circa medium volendo illud propter finem, quamvis nō versetur illo modo circa finem. Et hoc est quod Caietanus hic notauit articulo. Scilicet aliud est adorari ut rem adoratam, aliud ut causam adoracionis: nam illud est adorari directe & expresse, hoc vero solum indirecte, & quasi implicitè. Nam aliquid directe adorari est terminare passum actum adoracionis, terminari autem ille actus ad rem adoratam, non ad rationem adorandi. Et hoc est quod alii dicunt, terminari hanc adoracionem ad materiale obiectum, seu humanitatem ut quod ad rationem vero adorandi ut quo; ut quād adoratur homo propter gratiam vel charitatem quam habet, non propter adoratur ipsa gratia vel iustitia tanquam res per se adorata, sed tanquam ratio adorandi: sic ergo intelligendum est in praesenti.

Nec refert quod diuinitas aut Verbum secundum se res per se digna adoratione, & obiectum adorabile ut quod, quod non habet gratia, vel alia simili forma; nam licet diuinitas secundum se talis sit, tamen in hac adoratione non spectatur ut talis, sed præcisè ut forma extrinseca deificans humanitatem, & ut ratio adorandi illam: mens enim hominis potest facile unam rationem ab alia præscindere, & secundum illam operari. Quod si quis contendat non posse hanc adorationem referri ad Verbum, & in eius excellentia niti aliquo modo, quin redundet in honore, & adorationem ipsius Verbi, non multum cum eo contendendum est, quia potest esse diffusio in verbis magis quam in re. Moraliter enim loquendo verum est, redundare hanc adorationem in honorem Verbi. illud tamen magis est propter virtutem, quam propter formalem & directam adorationem. Sicut amor medijs dicitur amor finis, & amor proximi, amor Dei, non formalis, sed virtutis. Denique alius verbis dici potest, hoc actu non colli Verbum in recto, tanquam principale obiectum, tamē adorari in obliquo, quia adoratur humanitas

Fr. Suarez Tom. I.

A vt natura Verbi. Dices, hoc satis est, vt illa sit supremalatria, quia quacunq; ratione adoretur Verbum supremo adoratio illi debetur. Respondeo, negando se qualam, Verbo enim tantum debetur suprema latram quando secundum se, & in se, ac propter se adoratur, non vero, quando tantum secundum quid, & ut ratio extrinseca adorandi aliud, ut latius constabit in disputationibus de imaginibus, & de reliquiis. Et ibidem etiam dicitur de confirmatione huic primæ difficultati adiuncta: ostendemus enim, virtutem religionis non solum elegere primarium actum latram, quo colit Deum propter se, sed etiam plures secundarios, quibus colit res Deo specialiter sacras & sanctificatas, propter ipsum Deum, non tantum ut finem ultimum, sed ut proximam adorandi rationem iuxta ea, quæ in superiori disputatione tacta sunt.

Ad secundam obiectionem quidam admittunt totum id, quod in argumento inferunt, scilicet, posse nos orare ad humanitatem Christi præcisè consideratam, petendo ab illa non ut à supremo & principali autore, sed ut ab organo cōiunctissimo principali autori: atque ita in hoc genere orationis non tribui humanitati cultum latram supremam, sed in se <sup>Præcess ad</sup> humanitatem. Ad usum vero Ecclesiæ respondent, Ecclesiæ in publicis precibus non vti hoc modo depre- <sup>tem Christi</sup> preciū <sup>an</sup> cationis ad humanitatem Christi, tum ad vitandam <sup>sunt pos-</sup> ad Christum, ut ad Deum hominem, melior est sim- <sup>sunt.</sup> pliciter. Non tamen reprobare Ecclesiæ aliū modū orandi ad Christi humanitatem, si absq; scandalo vel errore, aut periculo erroris fiat. Et hæc sententia tribuitur Caietano Cordubæ, & Canifio. Inquit Theologi, qui alias negant humanitatem Christi posse præcisè adorari, admittunt posse hoc modo exorari: quia per orationem non adoratur, sed tantum ab ea postulatur, ut aliquid faciat, potest autem ipsa aliquid facere per se, & ut præsefa à Verbo, scilicet deprecari & intercedere pro nobis: ergo. Sed hoc ultimum in primis repugnatiam mihi inuolueret videtur pro subiecta materia: nam, licet oratio ex ratione sua adorationem non includat, tamen potest esse optimæ, & accommodatissima nota adoracionis, ut suprà probauimus: vnde cū non oramus sanctos, ipsam oratione exhibemus notam sanctitatis eorum, & amicitiæ quam habent cum Deo: ipsa ergo oratione possumus illos colere & adorare: Idem ergo erit tira Christi humanitatem. Præterquam quod, concessa oratione, à paritate orationis sit argumentum efficax ad adorationem.

Deinde, falsum esse censeo, quod in illa ultima sententia dicitur, posse nos orare humanitatem Christi, quia potest ipsa postulare pro nobis, & intercedere per se sola, quod non facit Verbum, nisi per communicationem idiomatum. Nam ex hædoctrina sequitur, humanitatem solam, vel nunc esse, vel in via fuisse mediatrixem pro nobis, qui est error hereticorum huius temporis ut videbimus quæst. seq. articulo. 2. Sequela probatur, tum quia unus actus mediatoris seu intercessoris est precari. Tum etiā, quia, si humanitas per se sola intercedit pro nobis, etiam per se sola merebitur, satisfaciet, & nam est eadem ratio horum omnium: est ergo falsa illa sententia, non solum quia actiones non sunt naturarum, sed suppositorum, petere autem ac precari est aliquid agere; verum etiam quia oratio Christi non habet à sola humanitate eam vim & efficaciam, quam ad imperrandum habet vel habuit, sed à Verbo, nec potest ab illa humanitate alia ratio, aut proficiere, aut <sup>Humanitas Christi</sup> peti, nisi disiungatur à Verbo.

Quapropter contrario prorsus modo censeo di- <sup>que adora-</sup> cendum, etiam si humanitas adorari possit præcisè, <sup>ri præcisè</sup> non tamen sic posse orari. Et ita ad obiectionem po- <sup>potest, cur</sup> sitam nego se qualam, & ratio disserimini est, quia <sup>non item</sup> orari.

Vnu 3 respectu

respectu adorationis solum se habet humanitas ve-  
luti passiuè ut obiectu & materia circa quam actus  
animæ versantur: & quia anima suis actibus potest  
præscindere, quæ in re coniunctissima sunt, ideo po-  
test adoratio ad humanitatem præcisè dirigī, & nō  
ad Verbum tanquam ad obiectum primario adora-  
tum: at vero oratio respicit eum ad quem funditur,  
ut in ipsis potentem operari, quia per orationem  
petimus ab alio ut aliquid nobis conferat vel pro  
nobis faciat: quia ergo humanitas in re nihil potest  
facere, nec mereri, nec satisfacere, nec petere, nisi  
Verbum per ipsam operetur, ideo nihil potest ab  
humanitate præcisè sumpta postulari. Nec contra-  
rium docent Caetanus & alij autores suprà citati:  
quando enim aiunt posse nos orare ad Christum vi-  
pro nobis intercedat, non loquuntur de humanitate  
Christi, sed de Christo ut homine, de quo est ve-  
rissima illa doctrina iuxta dicta sectione preceden-  
ti; & qui inter haec duo non distingunt, in magnâ  
occasione errandi incidentur; et enim Christus ut  
homo mediator & Redemptor noster, non autem  
huma: ipsa. Vnde operationes merendi, peten-  
di, & similes, licet Verbo tribuantur per communica-  
tionem diomatum, tamèn huic homini Christo  
tribuantur ut proprio principio operantur: solum au-  
tem humanitati nullo modo, nisi ut rationi agendi.  
Imo, si in illis operationibus, non solum entitas  
physica, sed etiam moralis valor & dignitas conser-  
veretur, per se etiam sunt à Verbo, licet media hu-  
manitate. Quo modo in superioribus dicebamus, C  
redemisse nos Christum, non ut hominem tantum,  
sed ut Deum hominem.

*Contraria  
sententia  
fundamen-  
to satisfit.*

*Cyril.*

*Concil. Cœ-  
stantinop.*  
*VII. Synod. act. 6, tomo 6.* vbi referuntur, Constan-  
tinopolitanam Synodum falsò Septimam nominatā  
damnasse imaginem Christi hominis, quia per illam  
picturam dicitur humanitas à diuinitate, et quod  
diuinitas depingi non possit, sed sola humanitas: &  
Concilium respondeat, Non diuidi, hec qui hominem  
depagis (ait) non inanimatum depingit: ergo sentit  
Concilium, etiam cogitatione non posse diuidi hu-  
manitatem à Verbo, alioqui, si cogitatione posset  
diuidi, posset etiam depingi separata à Verbo. Vnde

Artic. I. & II.

A Theodorus Ierosolymit, in epist. quæ refertur ad. Theodorus  
3. eiusdem Concilij circa finem. Adoramus (inquit) longo  
Christi imaginem, quemadmodum facies eius vila  
est, nou tamen à Deitate separatum; Absit ut ita sen-  
tiamus, cum ab ipsa prima conceptione cum Dei-  
tate unita sit.

Confirmatur secundo, nam ex nostra sententia  
sequitur, hanc locutionem esse veram; humanitas  
adoratur propter Verbum, præsertim illo ultimo  
genere adorationis, quo diximus, posse humanita-  
tem præcisè adorari ratione uniorum, & adorato  
Verbo ut quo, nō propriè ut quod per se primo ad-  
oratur, consequens est contraria, quod dicitur in  
epist. 10. Cyrilli, quæ est Concilij Alexandrinij Rec-  
tus & hoc, ut de Christo qui quæ dicit, propter eum,  
qui hominem induit, eum, qui induitus est, venerat, propter  
inuisibilem adorabilem.

Tandem afferuntur testimonia Patrum afferen-  
tium, Verbum & carnem non diuidi, aut lepar-  
ri in adoratione, quos in duabus præcedentibus se-  
ctionibus late citauimus, præsertim fauere vide-  
tur, quod Damascenus ait libro quarto, de fide  
capite secundo. Verbum incarnatum in eodem dignita-  
tis honore sedere cum Patre, in eadem nivis gloria a-  
festa ipsius carne: vna tamen exæmple cum sua carne  
adoratione ab omnibus rebus condita afficitur, & capite  
tertio addit, humanitatem, si cogitatione secon-  
tur à Verbo, non esse adorandum, ut coniunctam  
vero eadem, qua ipsum, adoratione coli. Adhi-  
berque exemplum. Sicut lignum simplex natura  
sua tale non est, ut adiri non possit & contraria  
tamen igne inflammetur, & quæ concrectarionem po-  
test ac ipse ignis, non ex se, sed ratione ignis adiu-  
vit, ergo sicut non potest quis recedere ab igne con-  
cepto in ligno vel ferro, quin recedat à ligno, neque  
è conuerso potest accedere ad lignum, quia cedat  
ad ignem, ita nō potest quis adorare humanitatem,  
quoniam adiuvit atque. Item facit, quod Cyril. dicit,  
anach. 8. ait, vnam esse sedem, seu confidentiam hu-  
manitatis & Verbi: & ideo vnam esse virtutis ad-  
orationem. Si autem sola humanitas diversa ad-  
oratione adorari posset, alteram per se habet sedem  
gloriz, quam Verbum. Præterea afferit Athana-  
sius in epist. ad Adelph. contra Ariam, aliquantum  
à principio, vbi sic inquit: Nec ipsismodi corpus se-  
pari discriminatum à Verbo adoratione prosequitur, neq;  
Verbum adoratur, Verbum à carnelone seponimus, &  
& Ambros. de Incarn. Dominicus sacramente, ca. 7.  
Nunquid cum diuinitatem eius adoramus, Christum di-  
uidimus? Nunquid cum in eo imaginem Diuini, ve-  
neramus, diuidimus eum? Apertus Augustini ad Plat. 49  
Adorare scabellum pedum eius quoniam sanctu-  
est, per scabellum, humanitatem Christi intelligens  
sic concludit. Et, cum adoramus illum, ne cogitatione re-  
maneat in carne, & ab spiritu non viuisca. Tandem  
Theodore, ad Ephesios 1. tractans illa verba, Secun-  
dam operationem virtutis eius, sic ait, Quodammodo af-  
sumptus ex nobis natura eisdem honoris cum eo, qui sum-  
pliciter, si particeps, ut nulla videatur adoratio, iste dif-  
ferentia, omne miraculum superat.

His testimonij non solum respondendum est, sed Cyril  
etiam ostendendum, extra causam quam Pares tra-  
ctabant afferri. Primi ergo testimonij ex anathema-  
tismo 3. ab eodem Cyrillo petenda est interpreta-  
tio, qui in defensione eiusdem anathematis ad  
Orientalis in fine ita concludit. Igitur factus est ana-  
thematis contra eos, qui modis omnibus diuidunt Em-  
manuelim in hominem proprie & Deum Verbum: vna  
enim ynum & eundem Theologorum sermo prædictus  
sacrarumque literarum inadulterata cognitus. Et in ex-  
posito anathematis mor, dicit, in Concilio Eusebino Cœli  
ab eodem Cyrillo, his verbis illum exponit. Siquis  
igitur adorari vult tanquam hominem vna cum altero  
præter ipsum existente, videlicet Dei Patre Verbo, dicit,  
& non secundum veram yunctionem in vnum Christum &  
Dominum.

Dominum coniunctum vna adoratione honorat, iusse vir-  
tuti anathematismi huic subiicitur. Ex his ergo con-  
stat primo, ibi tantum esse sermonem contra Né-  
rorum, qui ita diuidebat Christum in duas perso-  
nas, vt negaret posse vna propriâ adoratione ado-  
rari, nisi tantum per accidens vnam personam suam  
altera coniungendo. Secundo constat, falsum esse,  
hominem, in eo anathematismo pro humanitate  
sumi, nam Nestorius, cuius sententia ibi damnatur,  
non hominem, id est, naturam humanam, sed per-  
sonam humanam dicebat esse assumptam, quia non  
ponebat assumptionem substantiam, sed acciden-  
talem. Vnde reuera Cyrus ibi non admittit, ho-  
minem assumptum, sed ad damnandam senten-  
tiam hæreticam, eam opponit eisdem verbis, qui-  
bus hæreticillam asserebant. Hoc, quod per se clari-  
rum erat, declarauit ipse Cyrus in defensione e-  
iusdem anathematismi ad Euoptium, dicens. Non  
nos hominem assumptum esse dicimus à Deo Ver-  
bo, & copulatum illi secundum habitudinem quan-  
dam, quæ extrinsecus intelligatur, sed hominem  
cum factum esse definitius: & hanc ob causam ex-  
cisse à pietate dogmatum eos, qui audent dicere as-  
sumptum hominem adorandum cum Filio & Deo  
vt alterum cum altero.

**Propositio**  
huc, huma-  
nitas Cöri-  
fi Verbo  
coad-  
tur, an da-  
mata, an  
saltem fal-  
sa.

**Terter** constat ex his, hanc locutionem: Huma-  
nitas adoratur cum Verbo, seu, coadatur Verbo,  
non esse damnatam in illo anathematismo. Pro-  
batur, quia ut dictum est, ibi non est sermo de hu-  
manitate, sed de hoc homine Christo, de quo long-  
è diuersa est ratio: & ideo ex vna definitione non  
licet colligere aliam. Sed quæcunque illam damnant,  
quia, licet in verbis illius anathematismi non com-  
prehenduntur, comprehendunt tamen sub ratione  
eius, scilicet, Quia particula cum, quies adiungitur,  
denotat diuisionem & separationem inter ea, quibus ad-  
iungitur.

**Reffonsio.** Mihil tamen videtur illa locutio in omni proprie-  
tate & rigore vera, humanitas adoratur cum Ver-  
bo, seu coadatur Verbo, quod etiam hic Medina  
notauit. Et sumitur ex eodem Cyrilo in eodem libro  
Apolog. ad Orientales, ubi respondens Orientalibus illi objicientibus, quod alio loco scripsisset: Fi-  
lium cum sua carne sedere ad dexteram Patris, & in  
anathematismo negauerit, filium cum homine ad-  
orari, dicit in hunc modum. Et enim, quod ab vna per-  
sona & natura, hoc est, substantia vna, examinat sermo ei-  
us ex quibus est, hoc est, naturaliter constat, assertor cum, hoc  
est, persona cum: seruauit ei si per significati, quod vnu sint  
secundum compositionem. & non inter duo distincte discernit:  
quando autem ante distincte substantias in duo, & ad hoc  
quod oporteat seorsum alteram intelligi & proprietatem eam  
vel, utrum cum (supple dixeris) tunc eorum veletiam pluri-  
um, & non vnu secundum compositionem, factam ma-  
nifestationem dicimus. In quibus verbis declarat Cy-  
rillus particulam cum non indicare accidentalem  
coniunctionem, & substantiale diuisionem, nisi  
quando adiungitur terminis significantibus per-  
sonas, vel res substantes; & ideo merito damnatil-  
lam propositionem, Christus coadatur Verbo, vel, homo assumptus adoratur cum Deo: At vero  
quando illa particula interponitur naturæ & per-  
sonæ, aut partibus componentibus totam, licet si-  
gnificet aliquam distinctionem, non tamen excludere substantiam vniōem & compositionem. Et  
adhibet exemplum Cyrus, dicens. Vt, exempli gra-  
tia, si dicere forte, coadmirari animam hominis cum suo  
corpore, qui honor certe fieret à quopiam erga vnum homi-  
num qui est ex virtusque; vel, si qui dicere, animam cum suo  
corpore esse vnum animal, non propterea in duos nomines v-  
num duidit: videtur autem potius non ignorare et ex qui-  
bus sit, hoc est compositeum sit naturaliter.

**Dilutio**  
**abiecit.** Dicunt aliqui, Cyriolum, non simpliciter admittere illam locutionem, sed adiunctor illo relatio-

**A**usa, vel alia dictio similis, quæ denotet substantia-  
lem vniōem; sicut enim ait, animam coadmirari  
cum suo corpore; & Filium cum propriâ carne con-  
fidere Patri. Sed Cyrus non facit vim in illo pro-  
nomine vel relatio, sed in significacione particula-  
rum, quæ accommodatur extremis quibus adiungit-  
ur. Vnde, si extrema significentur ut supposita, etiā  
si addas, homo cum suo Deo, vel Deus cum suo ho-  
mione, erit falsa locutio. Et contrario vero, si extrema  
sunt partes, vel suppositum & natura, etiam si non  
addatur pronomen, vel relatum suum, vel sua, vera  
erit locutio. Et ratio est, quia particula cum ex se fo-  
ciat, & coniunctionem significat, vt Latinis  
dicitur; & ideo, si extrema ex se non sunt supposita  
tum, non significat talem distinctionem in  
eis, sed potius apta est coniunctionem substantia-  
lem significare: & quæcumque hæc expressius signifi-  
cari videatur, quando additur relatum suum vel simile,  
tamen, etiam si non addatur, illa significatio non  
excluditur, neque aliud falsus sensus indicatur: inā  
etiam addendo prædictum relatum, adhuc potest  
significari unio accidentalis, vt patet in exemplo  
posito, Petrus cum suo seruo, vir cum sua uxore,  
&c. honorantur, vel Imperator cum sua vele ado-  
ratur: ergo de se est indifferens significatio, accom-  
modatur autem extremis: idem ergo est de particula  
cum, etiam si sola ponatur. Et ita Augustinus sermo-  
ne 58 de verbis Domini sicut admittit hanc pro-  
positionem, diadema Regis simul cum Rege adoratur:  
ita & hanc, carnem Christi simul cum diuinitate  
adoramus. Et Epiphanius in Ancorat. Adoratur (in-  
Epiphanius;  
Angus;  
quit) Rex, coadatur autem cum ipso etiam purpura  
quæ gestat. Et eodem modo explicat adorari Ver-  
bum, & coadari humanitatem. Et Damascenus  
libro tertio, capite octavo, agens de Christo, inquit,  
Cui vna eademque adorationem cum Patre & Spiritu  
sancto, ac cum immaculata ipsius carne adhibemus. Simi-  
liter apud Cyriolum ex Athanasio legimus, libro pri-  
mo, de Fide ad Reginas, circa principium, Consi-  
derat vnam naturam Dei Verbi incarnatam, & adorabi-  
lem cum carne sua vna adoratione. Est igitur illa locutio  
satis propria & frequens apud Patres.

**Quartus** in sermo ex prædicta expositione, in eo a. Illatio  
nemathematismo octauo nihil definitum aut damnatum  
esse de hac locutione, Verbum & humanitas  
sunt duo obiecta adorabili, aut, sunt adorabili  
tanquam alterum cum altero. Probatur, quia, vt o-  
fertur, etiā non est sermo de humanitate, sed de  
homine: dicere autem, Christum hominem esse al-  
terum à Verbo, est plane hæreticum; & ideo merito  
damnatur illa propositione, in qua hæc alteritas (vt sic  
dicam) significatur: nam cum Christus & Verbum  
sunt vnu, non possunt esse alter & alter, vt supra  
quæstione de cimis prima, visum est. At vero hu-  
manitas eo modo quo est ens, est alterum ens à Ver-  
bo, & altera natura à deitate Verbi: & ideo ea quæ  
de homine dicuntur, non necessario ad humanita-  
tem extenduntur. In illo ergo decreto nihil dead-  
oratione humanitaris, vt distincte à Verbo dicitur.

**Quintus** vero hic potest, sicut in præcedente pun-  
to, an illa locutio in rigore vera sit vel falsa. Et re-  
spondeo breuiter, simpliciter non esse admitten-  
dam, sed negâdam potius, nam in rigore impropria  
est & falsa, quia humanitas Christi non est per se ens,  
sed est quasi pars seu natura componens Christum:  
& ideo Christus, & humanitas eius non possunt sim-  
pliciter dici duo obiecta adorabili, sicut B. Virgo &  
anima vel corpore eius non sunt plura obiecta adorabili,  
quia anima & corpus coponunt vnu obiectum  
adæquatum & completum propriæ adorationis quâ-  
uis mens humana possit præscindere, & circa vnam  
vel alteram partem præcisè versari. Et vel maximè  
quod adoratio simpliciter & propriissime dicta di-  
rigitur ad personam, cuius proprium est habere ex-  
cellentiâ, potentiam, & dominium, in quib⁹ adoratio

fundatur: & ideo, vbi non sunt duæ personæ non possunt simpliciter admitti duo obiecta adorabilia; sed ex se vnum est, etiam si mens possit quasi in partes illud diuidere. Quo etiam sit, multo minus dici posse adorari humanitatem cum Verbo, tanquam alterum cum altero, nam alter & alter propriæ non dicuntur; nisi de personis, seu suppositis. Et in hoc sensu loquitur aperte Cyril, in citato loco. Tandem propter eandem rationem non sunt absolute, concedendæ duæ adorationes humanitatis & Verbi, seu Christi, etiæ si humanitas dicto præciso modo possit adorari: nam propriæ & ex se petit adorari simul cum Verbo, & vna ergo eadem adoratione, qua Verbum; & quando mente præscinditur, illa adoratio est veluti incompleta, & quasi pars alterius, sicut humanitas ipsa incompletum obiectum est; & ideo sicut pars & torum non sunt duo simpliciter, ita neque ille sunt duæ adorationes simpliciter, sed solum secundum quid; sicut Christus & humanitas eius, non sunt duo simpliciter, sed secundum quid. Quamquam, ut dixi, quando Consilia, loquuntur de vna adoratione Christi Dei & hominis, solum tractant de propria & completâ adoratione, qua ad personam referunt, de qua quomodo vna sit dictum est factum præced. An vero, præter hanc completam adorationem possit humanitas præcise concepta, quasi incomplete adorari, & an hæc adoratio sit aliquo modo distincta ab illa; nihil Concilia tractarunt, quia ad dogmata fidei non pertinebat. Et per hæc satis responsum est ad ea quæ ex Conc. V. Constantini, & ex Cyrillo in fine illius argumenti adducuntur.

Ad primam confirmationem ex VII. Synodo respondet ex superioris dictis, aliud esse diuidere, aliud esse præscindere seu præcisus abstrahere. Nam diuidere idem est quod separare, & negando abstrahere vnum ab alio; præscindere autem solum est considerare vnum non considerando aliud. Hæretici ergo, qui dicebant, per imaginem Salvatoris representantem eum ut hominem diuidi humanitatem à diuinitate, loquebantur propriæ de diuinitate negantia, volebant enim ex vna talis imaginis representari Christum ut purum hominem, ut causam intuerint ad rei cienda m talem imaginem. Et hoc modo recte dicit Concilium, per huiusmodi imaginem non diuidi humanitatem à Verbo, sicut non diuiditur corpus ab anima, quando homo secundum figuram corporis in imagine representatur: & in hoc sensu, etiam si ad mentis cogitationem hoc extenderatur, verum est non posse diuidi humanitatem à diuinitate, id est, ut separata cogitari, negando videlicet, eam esse vnitatem Verbo. Secus vero est de abstractione præcisa, in qua nullum est mendacium. Neque oportet in hoc figuram sensibilem conceptioni in mentis æquiparare, quia multo subiior est cogitatio mentis, quæ potest etiam diuiniabilitati diuidere: nihilominus nonnulla est similitudo, nam etiam per imaginem sensibilem Christi hominis representatur expressè humanitas eius, non vero diuinitas. Vnde, sicut non representetur humanitas separata seu diuisa à diuinitate, dici tamen potest representari præcisa, quatenus imago ita est similitudine humanitatis, ut non sit similis diuinitati, quamquam, supposita fide, representata illa humanitate, implicitè nobis representetur coniuncta diuinitati, quia credimus ita existere, semperque existisse. Quamvis autem hoc in re ita sit, potest mens nostra non semper id cogitare, sed vnum ab alio præscindere.

Ad secundam confirmationem concedo, hæc clausiōnem esse verissimā, humanitas adoratur propter Verbum, quia in ea nihil aliud significatur, quam Verbum esse rationem adorandi humanitatem, quod est verissimum, non solum in hoc impropto & imperfecto modo adorandi, quo humanitas in abstracto colitur, sed et in illa perfectissima adoratione, qua, dum Christus & Verbum adoramus, ipsius coadora-

A mus humanitatem: nam tota ratio, ob quam adoratio illa redundat in humanitatē, est Verbum, etiæ cōunita etiæ est. sic Damasc. li. 4. c. 3. Caro (inquit) suæ quidem Damasc. adoratur, non quidem vñsa, sed ob Deum Verbum, personaliter ipsi copulatum: & id declarat exemplo ferrigniti, quod tangere non audemus, non propter se, sed propter conceptum ignem. Idem sumitur ex alijs Patribus factis præced. citatis. Neque contra hoc quicquam obstante verba citata ex epist. 10. Cyrilli, nam, ut sepe dixi, ibi non est sermo de humanitate, sed de hominē, qui sit alter à Verbo, & quo Verbum induitum fuerit, quod fieri non potuisset, nisi accidentali vñione & denominatione. Et ratio quâdam Cyri illius subiungit, hoc scilicet declarat, mirum, quia qui hoc modo loquitur, hominē à Deo diuidit.

B Supereft vir respondeamus ad testimonia Sancto Patrum. Ad Damascum respondet, verissimum est, Patrum, Verbum Incarnatum in eadem esse gloria cum expressione Patre, & carnē eius ad participationem eiusdem se turdis esse subiectum; & ideo vna adoratione coli cum ipso, quando Verbum ipsum incarnatum adoratur. hoc autem nihil impedit, quoniam possit humanitas cogitatione præscindi, ut p̄fmet Damascus ibi. Damasc. idem fatetur, dicens, si subtili cogitatione id quod in occultis incurrit, ab eo quod animo tantum a ratione intelligi, tur, distinxerit: non enim hanc conditionem posuit ut contantem ex hypothesi impossibili, sed plane ut possibilem ex mentis acutis. Ideo enim addidit illud, subtili cogitatione, nam si de re impossibili aut quæ de facto nūquam fuit, loqueretur, dicere posse, si re ipsa humanitatem à Verbo separauerit. Quod vero addit, humanitatem sic cogitatam non esse adorabilem, recte à D. Tho. expeditum est de absolute & perfecta latraria. Exemplum vero ferrigni, quo Dam. vñxit, non esse ita materialiter intelligendū, vt tanim motus in omnibus existimandi sint similes, vel proportionati motibus corporis. Quamvis ergo motu corporis non possit quis accedere vel recedere ab ignito ferro, quin ab igne recedat, cogitatione tamen recte potest vnum ab alio secessere, & ad vnum sine alio accedere: & proprietates quæcumque quod ex se sine alio habet, vel quas participat ex conforto alterius, præcise considerare. Cum ergo adoratio actibus mentis sit, & tendat in rem prout cogitatur, quamvis humanitas Christi in igne diuinitatis ignita, cogitari potest, vel secundum se, vel secundum dignitatem quam habet ex vñione ad diuinitatem, non cogitata diuina persona, vel natura secundum se seu tāquam obiectum circa quod per se primo versetur cogitatio, sed solum ut forma extrinseca, seu terminus vñionis humanitatis.

C Ad Cyrillum responderetur, humanitatem propriæ & per se non habere sedem distinctam a persona eius, nam sedere ad personam per se pertinet, sicut regnare & dominari, & habere alios titulos dignitatis & potentiarum, qui per illam sedem intelliguntur; tamen, sicut humanitas per se non habet sedem, nihil redundat illius sedis dignitatis & participatio quædam, secundum quam potest præcise concepi, & colligiri. Ex quo non sit, humanitatem habere distinctam sedem, sed potius sequitur, humanitatem per se non habere sedem, neq; ita illi in abstracto considerare conuenire totam maiestatem personæ sedentis, sicut ipsi personæ vel diuina natura. Quod si quis inferat, hinc sequi, humanitatem non adorari, quia adorari solum est eius qui in throno seu dignitate sedet, respondetur, hoc esse verum de propriissima & completa adoratione, de qua Cyri illius ex loco agebat incomplete tamen ac minus propriæ ex præcione mentis ac cogitationis humanæ non repugnat, humanitatem in abstracto consideratam adorari.

D Atq; hinc facile responderetur ad Athanasium; sicut enim docere intendit contra Nestorianos, corpus Christi & Verbum eadem adoratione completa & in-

& *integra* *coli*, & non esse *adoranda* *tanquam* *reipsa* *separata*, & *personaliter* *disiuncta*, non *vero* *exclu-*  
*dit*. Athanasius, qui *precisione* *mentis* *poluit* *ver-*  
*numquod* *secundum* *propria* *concepit*. Cuius ar-  
*gumentum* *manifestum* *sumitur* *ex illis* *verbis*. *Nig*  
*Verbum* *adoratur*, *Verbum* *à carne* *longè* *seponimus*. *Nam*  
*secundum* *precisionem* *mentis* *clarum* *est*, *posse* *nos*  
*Verbum* *precisè* *concipere* & *adorare*: *ergo*, *cum*  
*est*, *Verbum* *non longe* *seponimus*, *loquitur* *de abstrac-*  
*tione* *negativa*, & *de separatione* *in re ipsa*: *ergo* *co-*  
*dem* *sensu* *intelligendus* *est*, *cum* *dicit* *è contrario*,  
*corpus* *non separari* *à Verbo*. *Atque idem* *plane* *est*  
*sensus* *Ambrosij*, *nam* *diuidit* *Christum*, *vt* *supra*  
*dixi*, *non est* *præscindere*, *sed* *negare* *vnitatem* *per-*  
*sonæ*: *hoc autem* *modo* *non diuidit* *Christum*, *qui*  
*humanitatem* *eius* *precisè* *cogitat* & *adorat*, *sed* *solum*  
*distinguit* *naturas*: *dicit* *autem* *paulò* *inferius*  
*idem* *Ambrosius*. *Non diuidit* *Christum*, *cum* *car-*  
*nis* *eius*, *diuinitatis* *que* *distinguit* *substantiam*.

*Augus.* Ad Augustinum *respondetur*, *è* *modem* *sensu* *loqui*,  
*quo* *cæteros* *Patres*: *cum ergo* *ait*, *Adorando* *Chri-*  
*stum* *non est* *de sola carne* *cogitandum*, *sensu* *est*  
*non est* *de Christo* *cogitandum* *tanquam* *de puro*  
*homine*, *de quo* *nihil* *possit* *altius* *ac excellentius*  
*cogitari*, *quam* *sit caro* *è uero* *humanitas*, *qui* *autem* *de*  
*Christo* *cogitat* *excellentiem* *quam* *habet* *in huma-*  
*nitate*, *etiam* *si aliam* *excellentiem* *non consideret*,  
*dummodo* *non excludat*, *non remanet* *in carne*,  
*quia* *vere* *credit* *diuinitatem* *eius*, *etiam* *si de ea* *actu*  
*non cogitet*. *Præterim*, *quia* *aliud* *est* *loqui* *de Chri-*  
*sto*, *prout* *Augustinus* *loquitur*, *aliud* *de humanita-*  
*te*, *de qua* *nunc agimus*: *Christus* *enim* *semper*  
*cogitandus* *est Deus*, *humanitas* *verò* *non potest*  
*cogitari* *Deus*. *Vnde*, *si ob hanc solam* *causam* *dicat*  
*aliquis* *sisteret* *in carne*, *quia* *cogitans* *humanita-*  
*tem*, *non apprehendit* *illam* *vt Deum*, *neque* *vt* *di-*  
*uinam* & *increatam* *naturam*, *non male* *facit* *neq*  
*errat*: *imò contrarium* *cogitando* *valde erraret*: *im-*  
*merito* *tamen* *dicitur* *huiusmodi* *homo* *remanere*  
*in carne*, *si cogitet* *illam* *humanitatem* *non vt diu-*  
*nam*, *sed vt deificatam* *naturam*, *aut diuino* *Spiritu*  
*excellenti modo* *sanc*ificatam**.

*Theodor.* Ad Theodoretum *respondetur*, *ibi* *loqui* *de illa*  
*adoratione* *qua* *humanitas* *cum* *Verbo*, & *in Ver-*  
*bo*, *similis* *adoratur*, *quod* *merito* *dicit* *è* *magnum*  
*miraculum* *quia* *fundatur* *in admirabilis* *hypostati-*  
*ca* *uionis*: *De alio* *vero* *modo* *adorationis* *per*  
*mentis* *præcisionem* *nullum* *ibi* *sermonem* *habet*, & *fic-*  
*uitale* *modum* *non docet*, *ita* *neque* *excludit*.

*Obiectio.* Dices, *esto* *verum* *sit* *prædictos* *Patres* *non habu-*  
*isse* *sermonem* *de* *hoc* *adorationis* *modo*, *neque* *il-*  
*lum* *apertè* *exclusisse*, *tamen*, *cum* *semper* *memine-*  
*rint* *vnius* *adorationis* *perfectissimæ* & *excellenti-*  
*ssimæ* *latræ* *Verbi* *incarnati* & *humanitatis* *eius*,  
*hoc* *ipso* *videntur* *omnem* *aliam* *excludere*; *non est*  
*ergo* *fine* *autoritate* *Patrum* *introducenda*. *Re-*  
*spondetur*, *in primis* *falsum* *est*, *eos* *virtute* *vel* *im-*  
*plicite* *negasse* *hunc modum* *adorationis*, *quia* *ex-*  
*pressam* *mentionem* *illius* *non fecerunt*, *cum* *in hoc*  
*modo* *nihil* *contineatur* *contrarium* *doctrinæ* *ipso-*  
*rum*, *sed* *potius* *ex ea* *colligi* *possit*, *cum* *doceant*,  
*naturas* *ipfas*, *fiunt* *manerunt* *diffinctæ*, *ita* *etiam*  
*esse* *dieræ* *dignitatis* & *excellentiæ*. *Addidicte* *ap-*  
*pertè* *Damascenus*, *cogitatione* *secerni* *posse*. *Dein-*  
*de*, *quod* *Patres* *non fecerint* *expressam* *mentionem*  
*huius* *adorationis*, *occasio* *fuit*, *quia* *cum* *hæreticis*  
*disputabant*, *contra* *quos* *nihil* *deserviebat* *hic* *ado-*  
*rationis* *modus*, *vel* *etiam*, *quia* *loquebantur*, *de* *ado-*  
*ratione* *que* *regulariter* *ac* *publice* *est* *in* *uero* *Eccle-*  
*sia*. *Satis* *ergo* *est*, *quod* *D. Tho.* & *Scholastici* *omnes*  
*hos* *modos* *adorationis* *distinxerint* & *declarauerint*. *Et ex*  
*dicendis* *inferius* *de* *adoratione* *imagi-*  
*nūm* *constabit* *magis* *hic* *adorationis* *modus*.

Vltimò *definitor* *facile* *ex dictis*, *quid* *dicendum*  
*est* *de* *humanitate* *Christi*, *si* *ipsa* *separaretur* *à*

*A* Verbo. *Refert enim* *V Valdensis lib. 1. doctr. fid. an-*  
*Chriſti huius* *quærit art. 3. c. 44. V Vieleſſum dixiſſe*, *humanitatem manitas ab*  
*in eo casu* *esse* *adorandam latræ*: *intelligebat autem ipso in reſe-*  
*de latræ* *suprema*, & *absoluta*, *vt patet* *ex illis* *verbis*  
*innotet*, *quo* *V Valdensis, Adoratione illa, qua Scriptura dicit, Domi-*  
*cultu* *vene-*  
*num Deum tuum adorabis*, & *illi soli seruies*. *Quo sensu*  
*est* *plane* *falsa* & *erronea* *sententia*. *Et in sensu con-*  
*trario* *dixerunt* *Augustini* *serm. 59. de ver. Dom. & E-*  
*Epiphani* *in Ancor. humanitatem, si esset separata, non*  
*fore* *adorandam*, *suprema* *scilicet*, & *absoluta* *ado-*  
*ratione*. *Nihilominus* *aliqua* *inferiori* *adoratione*  
*coli* *posset* *calis* *humanitas*: *nam*, *si retinere* *eadem*  
*dona* *creata* *gratia*, *proprie* & *absolute* *adoraretur*  
*hyperdulia* *ut* *per se* *clarum* *est*, *cum* *vero* *iam non*  
*est* *vinita*, *non posset* *ratione* *uionis* *actualis* *ad-*  
*orari*. *An vero* *propter* *uionem* *præcedentem* *est*  
*aliquo modo* *adorabilis*, *dicemus* *commodius*, *in-*  
*fra* *de adoratione reliquarum* *disputando*. *Sed ob-*  
*Instans*  
*ijci* *potest*, *nam* *licet* *humanitas* *separaretur* *à Ver-*  
*bo*, *maneret* *in illa* *dignitas* *redemptoris*, *ratione*  
*cuius* *mereretur* *adorationem* *latræ*. *Respondetur*,  
*esse* *redemptorem* *proprie* *conuenire* *personæ*, *non*  
*natura*, *persona* *autem* *qua* *tunc* *in illa* *humanitate*  
*subſisteret*, *non* *est* *redemptor*, *sed* *solum* *haberet*  
*in naturam*, *qua* *in Verbo* *fuit* *principium* *prox-*  
*imum* *seu* *organum* *redemptionis*: *hèc autem digni-*  
*tas*, *vt* *bene* *notauit* *Scotus* *in 3. distinctione 9.* *non* *Scot.*  
*est* *fundamentum* *sufficiens* *adorationis* *latræ*, *sed*  
*solum* *hyperdulia*: *beneficium* *enim* *redemptionis*,  
*vel* *potius* *vis* & *potes* *redimendi*, *solum* *in* *prin-*  
*cipali* *autore* *esse* *potest* *sufficiens* *ratio* *adorationis*  
*latræ*: *qua* *solum* *illa* *excellentia* *est* *in eo* *ordine*  
*suprema* & *infinita*.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum* *Imago* *Christi* *sit* *adoranda* *adoratione* *latræ*.

*A* *D* *tertium* *si* *proceditur*. *Videtur*, *quod* *imago* *Christi* *non* *est* *adoranda* *adoratione* *latræ*. *Di-*  
*2.2. q. 81 ad.*  
*citur* *enim* *Exod. 20. Non facies tibi sculptile* *3. ad. 3. & q. 4.*  
*neque* *omnem* *similitudinem*. *Sed nulla adora-*  
*2. Et infar-*  
*to* *est* *facienda* *contra* *Dei* *præceptum*. *Ergo* *imago* *Christi* *4. corp. & ad.*  
*non* *est* *adoranda* *adoratione* *latræ*. *5 ad. 2. & q. 3.*

*2. Præterea*, *Oberpus Gentilium* *non debemus* *com-*  
*municare*, *vt* *Apoli* *dicit* *Ephes. 5. Sed Gentiles de* *hoc præci-*  
*pue* *inculpabantur*, *quod* *communauerunt* *gloriam incorru-*  
*pitib* *Dei* *in similitudinem* *imaginis* *corruptibilis* *hominis*,  
*vt* *dicitur* *Rom. 1. Ergo* *imago* *Christi* *non* *est* *adoranda* *ado-*  
*ratione* *latræ*.  
*3. Præterea*, *Christo* *debetur* *adoratio* *latræ* *ratione* *di-*  
*uinitatis*, *non* *ratione* *humanitatis*. *Sed* *imaginis* *diuinitatis* *est*, *que* *est* *animarationi* *impressa*, *non* *debetur* *adoratio*  
*latræ*. *Ergo* *multo* *minus* *imaginis* *corporali*, *qua* *representat*  
*humanitatem* *ipsius*.  
*4. Præterea*, *Nihil videtur* *est* *in cultu* *diuino* *facien-*  
*dum*, *nisi* *quod* *est* *à Deo* *institutum*: *unde* & *Apoli* *1. ad*  
*Corinth. 11. traditur* *doctrinam* *de sacrificio* *Ecclesie*, *dicit*,  
*Ego accepi* *à Domino* *quod* & *tradidi* *vobis*. *Sed nulla tradi-*  
*to* *in Scriptura* *inuenitur* *de* *adorandis* *imaginibus*. *Ergo*  
*imago* *Christi* *non* *est* *adoranda* *adoratione* *latræ*.

*Sed contra* *est*, *quod* *Damasc. inducit* *Basilium* *dicen-*  
*tem*\*, *Imaginis honor* *ad prototypum* *peruenit*, *id est* *exem-*  
*non longè* *ad*  
*plar*. *Sed ipsum exemplar*, *scilicet* *Christus*, *est* *adorandus* *ad* *princ-*  
*oratione* *latræ*. *Ergo* & *euo* *imago*  
*Reſpondeo dicendum*, *quod* *sicut* *Philosophus* *dicit* *in*  
*libro* \* *de Memoria & reminſentia*: *duplex* *est* *motus* a- *Cap. 2. cir-*  
*nima* *in* *imaginem*. *Vnde* *quidem* *in ipsam* *imaginem*, *camēd.*  
*secundum* *quod* *res* *quadam* *est*, *alio modo* *in* *imaginem*, *tom. 2.*  
*in quantum* *est* *imago* *alterius*. *Et* *inter* *hos* *duos* *motus*  
*est* *hæc differentia*: *quia* *primus* *motus*, *quo* *quis* *mouetur*  
*in* *imagi-*